

Rota. Tambur. Lezana.

Rota in una Valentina 28. Novembr. verb. Communicatio, Sorbus ibidem. Tamburin. de iure Abbatum tom. 1. diff. 15. quest. 18. num. 35. Lezana verb. Privileg.

5. Clement. Trident.

Contra nos rigide opponitur quaedam Clementina, & Concilium Tridentinum, qua singillatim sunt explicanda, qua explicatione data inde nostra sententia magis firmatur, ac roboratur.

Clementina.

6. Clement.

Clementina prima de sententia excommunicationis, disponitur, quod Religiosi observent In terdictum; cum cathedralem, vel matricem, seu Parochialem loci Ecclesiam, illud viderint, aut sciverint observare. At praefata Clementina loquitur de Interdicto generali, ut ibi expresse dicitur: Qui generalia interdicta violare presumpunt. Et iterum ibidem: In generalibus cessationibus. Deinde, si Ecclesia Cathedralis, Matrix, seu Parochialis loci interdictum non observat, iam tale Interdictum simpliciter non est generale, ut Clementina postulat, dicens: civitatum, terrarum, & aliorum locorum generalia interdicta presumpcione damnabili violare presumpunt; ergo si interdictum non est generale, de quo agit Clementina, iam Regulares non tenentur illud observare.

7.

Et distributiva Textus nihil facit contra nos, sed maxime corroborat nostram sententiam: Cathedralis, vel Matricem, seu Parochialem loci: Cathedralis est ubi Episcopus residet, illiusque sedes est, Matrix, ibi communiter datur, quando ibi non datur Ecclesia Cathedralis: Et est major Ecclesia, & Baptismalis, tanquam mater aliarum Ecclesiarum, ut habetur Glossa ibid. verb. Matricem; sane explicant Rebuff, de decimis, quest. 6. n. 6. & 7. Moneta in simili tract. cap. 7. n. 3. Bonac. de censur. extra Bullam Cana, disp. 8. quest. 8. punct. 14. num. 6. & multi alii; & colligitur ex cap. 1. de prescriptionibus; & ex cap. Transmissio. 10. eodem titulo, Parochialis loci est quando est unica in loco, verbi gratia, quando in uno oppido est una tantum Ecclesia Parochialis; quando vero in tali loco, seu civitate sunt multae Parochiae, nulla illarum absolute potest dici Parochia loci, verbi gratia, quia in hac civitate Ulyssip. sunt 38 Parochiae, S. Nicolai Parochia non potest dici Parochia Ulyssipponensis, sed una ex Parochiis illius, ut notant Sayrus lib. 3. de censur. cap. 33. Rodrig. tom. 2. quest. 109. art. 5. Pellizar. tom. 2. tract. 7. cap. 2. num. 187.

Glossa. Rebuff. Monet. Bonac.

Sayrus. Rodrig. Pellizar.

8.

Ex quibus bene inferitur, quod quando in una civitate, vel loco extant multae Parochiae, & nulla ex eis est Cathedralis, vel Matrix, omnes sunt aequales, & nulla ex eis est peculiariter Parochia loci, proindeque si ponatur interdictum in una, in cuius districtu est Ecclesia Mendicantium, non tenentur observare tale Interdictum, Ita habet Glossa ad citatam, Clem. verb. Matricem ad finem, Navar. in manuali, cap. 27. num. 146. & citat Cardipalem, Panormitanum, & Immolam Covarr. cap. Alma, Mater, 2. p. §. 1. Sylvester verb. Interdictum, quest. 3. Toletus in summ. lib. 1. cap. 9. num. 15. Avila de censuris p. 5. dub. 3. concl. 2. Plonius

Glossa. Navar. Cardinal. Panorm. Immolam. Covarr. Sylvester. Toletus. Avila. Plonius.

tract. de Interdicto in princip. n. 2. Azor. tom. 1. Azor. lib. 2. cap. 13. §. 18. Tamburin. de iure Abbatum tom. 2. disp. 26. quest. 3. Praterea, Bonacina de censuris in particulari, disp. 2. quest. 8. punct. 14. n. 7. & 17. M. Fr. Antonius ab Spiritu sancto; nunc Episcopus Angolensis, iam citatus in directorio Confessor. tract. 12. disp. 5. sect. 1. n. 736. & etiam in directorio Regul. p. 1. tract. 2. disp. 2. num. 100.

Fr. Anton. Tambur. Bonacio.

Dices ex doctrina Suarii tom. 5. ad 3. part. disp. 22. sect. 2. n. 9. & Alteri disp. 1. de interdicto cap. 4. dub. 2. & aliorum, quod quando interdictum ponitur in una Parochia, & etiam ejus ambitu, & districtu tale interdictum est generale, ac proinde conventus existentes in tali districtu tenentur observare ipsum interdictum.

Respondetur tale, interdictum posse dici generale secundum quid per respectum ad unam Parochiam; Clementina autem loquitur de interdicto generali simpliciter, & absolute, agit enim de interdicto observato a cathedrali, vel Matrice; Ecclesia Cathedralis communiter, ac ordinari non datur nisi in civitate, in qua sunt multae Parochiae, Matrix Ecclesia, ut ait Glossa in major Ecclesia Baptismalis, tanquam mater aliarum Ecclesiarum. Ac proinde supponitur, quod ibi sint aliae Ecclesiae baptismales, & parochiales, ac proinde ad observandum interdictum non sufficit, quod sit in una Parochia, & ejus ambitu, ac insuper requiritur, ut sit observatum, a Cathedrali, ac Matrice, seu Parochiali loci, quod tunc datur, quando est unica in loco, non vero quando in tali loco sunt aliae plures, quia ut jam dixi, Parochia S. Nicolai in hac civitate Ulyssipponensi, non est parochia civitatis, seu loci, sed est una ex parochiis hujus civitatis, seu loci, ut observant Sayrus, Rodriguez, Pellizar. proxime citati.

Suar. Alcerus.

10.

Glossa.

Sayrus. Rodrig. Pellizar.

Adverre tamen, quod quamvis Clementina praedicta videatur restringere privilegia Mendicantium, ac Religiosorum quoad interdictum, tamen etiam eis concessit magnum privilegium, ut non teneantur illud observare, nisi quando tale interdictum fuerit generale, & Cathedralis, & Matrix illud observat, & etiam parochialis, quando est una, & unica in loco; ut patet ex proximè dictis.

Concilium Tridentinum.

Sacrum Concilium Tridentinum ita habet sess. 25. cap. 12. De Regularibus Censura, & interdicta, nedum a Sede Apostolica emanantia, sed etiam ab Ordinariis promulgata, mandante Episcopo, a Regularibus in eorum Ecclesiis publicentur, & serventur. Triplaciter ad Concilium respondeo:

12. Trident.

Primo; valde bona, & praecleara est sententia, & in usu servata, quod sacrum Concilium in praedicto loco non derogat privilegia Mendicantium, ut tenent multi viri doctissimi, & maxime timorari, Henriquez lib. 13. cap. 48. num. 1. & 2. Rodrig. tom. 2. quest. 112. art. 3. Sayrus de censur. lib. 5. cap. 13. num. 24. & 25. Ioan. a Cruce de statu Relig. cap. 7. dub. 2. conclus. 2. Sorbo in compend. verb. Interdictum, n. 3. Medina lib. 1. Instit. cap. 11. §. 13. concl. 2. Medina.

13.

Henriq. Rodrig.

Sayrus. A Cruce.

Sorbus. Miranda

Miranda. Homobon. Peirin.

Miranda in manuali, tom. 2. quest. 37. num. 12. Homo bonus quest. 25. Resol. 1. Peirinus in compend. Privileg. Clericorum Regul. Titulo Interdictum in scholiis, §. 2. sciendum est; M. Lezana tom. 1. cap. 9. num. 29. Alterus disp. 1. cap. 4. conclus. 9. & 10. Hieron. Rodrig. Resol. 8. num. 25. Pellizar. tom. 2. tract. 8. cap. 5. sect. 2. n. 97.

Lezana.

Hier. Rodr. Pellizar.

14.

Fundamentum est, quia Concilium citato loco proposuit quandam dispositionem generalem, absque ulla clausula derogatoria; & sacrum Concilium directione Spiritus sancti, omnia disposuit, ac ordinavit suprema, & alta consideratione; & quando apposuit clausulam derogatoriam: Non obstantibus quocumque privilegio, non obstantibus quibuscumque; ut sess. 23. cap. 8. de reformat. & sess. 24. cap. 11. Et si pe alius locis, & quia tunc tali clausula adhibita voluit derogare privilegia; & quando illam non posuit, noluit talem facere derogationem; & cur in aliquibus praefixit clausulam, & non in aliis, quia in his decrevit non inferre derogationem, sicut in prioribus; unde praclare ait Suar. lib. 8. de legib. num. 17. loquens de Concilio Tridentino: Probabile enim est, non omnia, quae illi sunt contraria esse per illud revocata, sed illa tantum, quae expresse revocantur a Concilio per clausulam non obstantibus; & propterea interdictum illa clausula additur, interdictum non additur.

Suar. Trident.

15.

Quod satis efficaciter confirmatur, quia privilegia Mendicantium sunt remuneratoria, ut planum est apud omnes, ob magna obsequia, quae praedictae Religiones perolverunt erga Ecclesiam in conversione, ac utilitate animarum. Et privilegia remuneratoria non derogantur per clausulas communes, ac generales sed per speciales, ac specificas, Atilius cap. 9. de Indiciis, num. 12. Abbas consil. 1. ad finem, & cap. Pervenit de immunitate Ecclesiae, num. 24. Bartol. in l. Quis simul ff. de Decreto ab ordine faciendo; & in l. 1. cap. de his, qui sponte, lib. 10. Alexander lib. 2. conclus. 216 in princip. Ordilaudus conclus. 266. nu. 7. & late cum multis, quos citat, ac sequitur Tiraq. in l. si unquam, verb. Donacione largitur, num. 13. & Suar. lib. 8. de leg. cap. 37. Salas disputacione 20. de legib. sec. 14.

Atilius.

Bartol.

Alexand. Orland. Tiraquel. Suar. Salas.

16.

Lezana. Pellizar.

17.

Deinde, ut bene notant Lezana, & Pellizar. & alii communiter, quod Concilium Tridentinum tantum fecit derogationem in illis, qui se maxime gloriabantur de privilegio concessio, ut in nullo casu observarent interdictum etiam generale, quamvis illius essent causae, ipsique interdictum foverent, ut Equites sancti Joannis de Malta, & dicunt etiam praedicti Auctores, privilegia aliarum Religionum relicta fuisse intacta, ac suo robore.

Secundo respondeo ad Concilium, quod loquitur de Interdicto Generali, non vero speciali, ac particulari; & haec resolutio adeo est solida, & vera, ut rarus sit Doctor, sive Theologus, sive Canonista, qui expresse, & aperte dicat Concilium loqui de interdicto speciali, cum solum loquatur de Interdicto Generali, & pro ea adduco viginti quatuor Doctores, ex quibus multi dicunt esse omnium communem, Henriquez de Interdicto, cap. 24. in Glossa Avila de censuris, part. 5. disp. 1. dub. 5. Adverto autem, Suarez de censuris, disp. 32. sect. 2. n. 26. Sayr. de censur. lib. 5. cap. 13.

Henriq. Avila. Suarez. Sayrus.

num. 24. Coninch. disp. 18. de Interdicto, num. 19. Filliacius tom. 1. tract. 17. cap. 1. num. 10. Bonac. disp. 5. de censur. in communi, punct. 1. num. 21. Ballaeus verb. Interdictum, num. 8. Villalobos part. 1. tract. 19. disp. 1. num. 4. Joannes a Cruce, de statu Religioso, lib. 2. cap. 7. concl. 2. Emmanuel Rodrig. tom. 2. quest. 109. art. 2. Lezana verb. Interdictum, num. 5. & 9. Hieron. Rodrig. Resol. 80. num. 7. M. Conejo tom. 2. tract. de Interdicto, disp. 1. dub. ad finem Pellizar. tom. 2. tract. 7. cap. 4. sect. 2. num. 9. Fragosus tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 3. n. 20. Vivaldos de Interdicto, n. 162. Cafarubius verb. Interdictum, num. 15. Furradus de Interdicto, different. 5. num. 14. Laurent de Peirinis tom. 1. consil. 26. Leonis X. num. 26. Escobar verbo interdictum, §. Anguianus de Anguian. leg. disp. 5. sect. 4. num. 17. Castro Palaus part. 5. Palaus. Compend.

Coninch. Filliac. Bonacina. Ballaeus. Villalobos. A Cruce.

Rodrig. Lezana. Hier. Rodrig. Cornejo. Pellizar. Fragosus. Vivald. Cafarub. Furradus. Peirina. Escobar. Pellizar. Anguian. Palaus. Compend.

Fundamentum est, quia Concilium conformatur, cum cap. Si civitas de sententia excommunicationis, in 6. Ubi Pontifex determinat, quod Regulares observent interdictum generale: Ne vilipendi valeat sententia interdicti; ut ait Textus, quia cum civitas generaliter interdicatur; si Religiosi januis apertis habent suas Ecclesias, & saeculares confluant ad eas; maxime enervatur vis interdicti, & tota efficacia illius illusoria fit, absque ullo effectu ut notant ibi Glossa, Felinus, Immolam, & alii, quod inconveniens non intervenit in interdicto speciali, quia si una Parochia, v. g. Angelorum, interdicta est, Parochiani illius intra civitatem faciliter possunt accedere ad alias Parochias circumstantes, v. g. S. Nicolai, S. Christophori; ergo jus Canonicum, & Concilium loquuntur de Interdicto Generali, non vero speciali.

18.

Glossa. Felinus. Immolam.

Secundo, valido, & firmo fundamento sic proba: sacrum Concilium, fecit quandam dispositionem generalem absque ulla clausula derogatoria, ex quo certissime inferitur, quod nullam fecit abrogationem in jure Canonico; nam tale jus non abrogatur per dispositionem communem, ac clausulas generales, sed specias, ut adductis multis locis juris, teneat Glossa in Authentica, quia, C. ubi de crimine, & verb. Illis omni privilegio, & Glossa in Glossa, l. Hares absens, ff. de judiciis, verb. Excusatur; & Glossa 1. in l. 3. C. de silentiariis, l. 10. & late ex multis probat Jason in l. 1. C. soluto matri. monio, & cum Felino, Menochio, Oriando consil. 82. Suarez lib. 8. de legib. cap. 38. num. 1. Ergo cum Concilium non fecerit abrogationem in jure communi, nec etiam in clementina citata de excommunicatione, per quam Religiosi non tenentur observare interdictum, nisi tantum Generale, cum Cathedrali, Matrix, ac unica Parochialis loci observat; ergo cum Concilium non abrogat Clementinam, non loquitur de interdicto speciali, sed tantum de Generali juxta praedictam Clementinam.

19.

Jason. Felinus. Menoch. Orlandus.

nam, quando Cathedralis, vel Matrix observat.

20. Tertiò respondeo ex superabundantia referens opinionem P. M. Hinojosa, qui constanter tenet, quod quamvis detur privilegia fuisse abrogata per Concilium Tridentinum; tamen hodie per alias concessiones posteriores factas à Romanis Pontificibus fuisse revalidatas. Ita citatus R. P. Mag. in suo directorio, verb. *Confirmatio gratia precipue*, fol. 25. vers. Er ait ita concessum fuisse Patribus Societatis Jesu per Gregorium XIII. & fol. 23. adducit aliam concessionem amplissimam Greg. XIV. eidem Patribus motu proprio, ac certa scientia, & de plenitudine Apostolicæ potestatis, absque ulla exceptione, restrictione, ac limitatione, & eadem indulta cum aliis Pii V. Prædicatoribus refert, & adducit Alderete, in fine de allegationibus juris, de exceptione Regulari, & idem concessit Gregorius XI V. Patribus Cisterciensibus, de quo facit mentionem Hieronymus Rodrig. Resol. 116. num. 16. Et ad hoc intentum potest etiam allegari quoddam indultum Sixti V. & incipit in iunctum nobis concessum Congregationi S. Benedicti Portugallia, cui concedit omnia privilegia Ordinis D. Benedicti, S. Hieronymi, S. Bernardi, non solum in genere, sed etiam in specie, ac si de verbo ad verbum fuissent ei concessa, non obstantibus quibuscumque constitutionibus Apostolicis, de quibus in specie, vel genere esset facienda mentio.

Usus, & Consuetudo.

21. Maximè stabilitur nostra Resolutio ex usu, ac consuetudine sacrarum Religionum anno 1644. Cum poneretur interdictum in Parochia sanctæ Justæ, in cuius ambitu est conventus Patrum Dominicanorum, facto consilio Magistrorum, non observant interdictum, sed apertis januis, pulsatis campanellis, celebrant divina officia, quod iterum fecerunt anno 1658. & anno 1660. Patres Franciscani interdicta Parochia Martyrum, in cuius districtu est eorum conventus, interdictum non observant anno 1658. Sicut & Patres Societatis Jesu Collegii Sancti Antonii facto magno consilio Magistrorum, interdicta Parochia S. Sebastiani, quamvis essent in eius ambitu, illud non observant. Nostri Patres Carmelitæ multoties hoc contingit, & maximè cum circa annum 1564. Doctor Henriquez de Souza Vicarius Generalis posuit interdictum in Parochia sanctissimæ Trinitatis, in cuius districtu est hic noster conventus Carmelitanus; quod interdictum perduravit plusquam duos annos, & tamen prædictus conventus non observavit interdictum. Tunc prædictus Vicarius Generalis, multis, & variis modis instavit ad observationem interdicti, & cum nihil obtineret, res deducta est ad capitulum sede vacante, & nihil actum est contra conventum, & ipse perseveravit, ac perduravit in sua sententia, & nunquam interdictum observavit; quod etiam fecerunt nostri Patres Carmelitæ Discealati anno 1659. & etiam Patres divinæ Providentiæ interdicta Parochia B. Virginis de Mercede anno 1658.

22. Ex quo bene inferitur, quod sacræ Religionis, in quibus resplendent multi eminentissimi viri, & præclarissimi virtute, ac literis, quod ex magno, valido, ac solido fundamento in materia tam gravi decreverunt non observare interdictum speciale; nec aliter quis rectè sentiens poterit iudicare.

23. Ex quo deducitur optima, præclara, ac solida interpretatio ex usu, ac consuetudine, ad citatam Clementinam, ac Concilium Tridentinum, quod non agant de interdicto speciali, ne quoad illud, Religionum privilegia sint abrogata, ut constat ex tanta diuturnitate temporis, ac ex tam frequentis usu, tot & tantis repetitis actionibus factis per eminentissimos viros virtute, recta conscientia, ac magis literis, ex quibus, principiis optima datur interpretatio ad omnem legem, cap. dilectus de consuetud. l. 37. ff. de legibus. Cajetanus 2.2.9.186. art. 9. ad 2. & quest. 147. art. 3. & Navar. cap. 2.1. num. 11. Sylvest. verb. Præceptum num. 2. ad finem. Menhoc concil. 32. num. 44. & consil. 1415. num. 10. Suar. lib. 7. de leg. cap. 17. nu. 5. Salas 12. disp. 19. sect. 14. n. 94. & 102. & adeo stricte loquuntur prædicti Auctores, ut dicant, quod non solum hoc militat in lege humana, sed etiam in lege divina, ac naturali, usus, & consuetudo habeat vim ad interpretandam legem.

Ex superabundantia.

24. Demus id quod volunt adversarii, negari tamen non potest, quod dubium est. An privilegia Religionum, per Clementinam, ac Concilium Tridentinum sint abrogata, negativa sententia tot gravissimorum Auctorum, ac usus, & consuetudo sacrarum Religionum, in dubio autem, in privilegium sit abrogatum, vel non, iudicandum est pro sua validitate, ut magno numero, ac pondere Doctorum probat Parisius lib. 2. consil. 61. num. ultim. Alciatus respons. 19. num. 4. Tabia de consuet. princip. cap. 3. part. 3. n. 31. Sanctarellus tom. 1. variar. Resol. quest. 16. num. 11. Quod fortius, ac rigidius procedit, ut notat Parisius citatus, quando privilegiatus est in usu sui privilegii, ut sacræ Religionis, modo sunt in usu, non observandi interdictum speciale.

25. Deinde quando est dubium inter Doctos, ac jurisperitos circa explicationem ac interpretationem privilegiorum sacrarum Religionum, explicanda, ac interpretanda sunt in favorem Religionis, ut cõcessit Camaldulensibus Leo X. & Julius II. Congregationi Mohris Olivet; ut habetur in compendio Societatis, verb. Privilegia, §. 4. Alexander sextus Benedictinis Cassanensibus, ut habetur in compendio ipsorum concessionum 59. Paulus III. Patribus Societatis Jesu, Rodrig. tom. 2. quest. 63. art. 7. Compendium Mendicantium verb. Privilegia, §. 5. & eodem verb. Privilegia, declaratio. Portel. in dubiis Regul. n. 75. Joannes à Cruce de statu Religios. lib. 1. cap. 2. conclus. 3. §. 1. Regul. M. Lezana tom. 4. verb. Privilegia, num. 10. Tamburin. de iure Abbatum, tom. 1. disp. 16. quest. 6. num. 4. dicens idem concessisse Julium I. Congregationi Vallis umbrosæ, hoc consultum feci circa annum 1640. quod nunc magis ampliavi.



RESOLUTIO XL.

De Legibus.

QUESTIO PRIMA.

Verum lex non solum Canonica, sed etiam civilis, ac Regis mandatum obligent in conscientia?

SUMMARIUM.

1. Aliqui cum Hæreticis negans obligationem in conscientia.
2. Vera sententia affirmat tam de lege Ecclesiastica quam civili.
3. Utraque pars probatur ex Scriptura, & numero. 4.
4. Probatur ratione à priori.
5. Præcipitur obediens, quia peccatum non solum est contra divinam legem, sed & humanam.
6. Ponitur primum argumentum, & solvitur, quomodo dicitur iustis non est imposita lex, & nom. 8.
7. Ponitur secundum argumentum & solvitur quomodo lex obligat ad penam æternam, & nom. 10.
8. Solvitur tertium argumentum, quod non ad idem pertinet solvere, & ligare, & n. 12.

**I**n hac re fuit aliquorum Hæreticorum sententia, seu potius error, tam antiquorum, quam modo novatorum, asserentium legem humanam, tam Ecclesiasticam, quam civilem, non obligare in conscientia. Et ex Catholicis Gerfon, Almainus, Decius, Immola, quos referunt Navar. & Suarius citandi, existimant saltem legem civilem non obligare in conscientia & modo idem existimant aliqui de Regis mandato, ac præcepto.

2. Dicendum est tamen cum certa, ac vera doctrina tam legem Ecclesiasticam, quam civilem humanam obligare posse in conscientia; ita ut ejus transgressores mortaliter peccent. Ita cum D. Thoma ejus Commentatorum 1.2. quest. 96. artic. 4. Soto lib. 1. de iustitia. quest. 6. art. 4. Navar. in Summa, cap. 2. n. 54. Castro lib. 1. de leg. penali, cap. 4. & 5. Belarm. tom. 1. lib. 4. de Summo Pontifice, cap. 13. Suarez lib. 3. de legibus, cap. 2.1. num. 6. Sayrus lib. 3. cap. 4. & 7. Bonacina tom. 2. disp. 1. quest. 1. punct. 7. num. 1. Vasquez 1.2. disp. 158. cap. 2. & 4. Molina multos alios referens lib. 2. c. 1. num. 7. & idem dicendum est de Regis mandato, in re scilicet gravi, ut magis questione sequenti explicabo.

3. Et quantum ad leges Ecclesiasticas res est definita in Concilio Tridentino sess. 6. can. 20. ubi Sacram Concilium definit hominem teneri ad observationem mandatorum Dei, ac Ecclesiæ. Et Christus Dominus ait suis Apostolis Luc. 10. Qui vos spernit, Præcipiendo nempe, me spernit. Et Paulus 1. ad Thessalon. Sylveira Opuscula.

cap. 4. ait: *Sociisque præcepta*; & statim subdit: *Qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum spernit.* Atqui spernere Dei mandata est peccatum mortale, ergo & mandata Prælati Ecclesiastici, ut erat Paulus, & Matth. 18. ait Christus Dominus: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi ut Ethnicus, & publicanus.* Atqui Ethnici, & publicani reputabantur ut criminatores peccati ergo & isti.

4. Quoad leges civiles à Principibus promulgatas etiam probatur ex 1. Petri 2. *Subditi estote omni creaturæ propter Deum, sive Regi quasi præcellenti, sive Ducibus tanquam ab eo missis.* Et ex Paulo ad Roman. 13. ait: *Non est potestas nisi à Deo. Itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistit, ipsi sibi damnationem acquirit, ideo subditi estote, non solum propter iram, id est penam, sed etiam propter conscientiam, id est propter peccatum mortale.* Et ad Tit. 2. ait idem Apostolus: *Admone illos Principibus subditos esse.* Et Sap. 6. *Audite Reges, quoniam data est à Domino potestas vobis.* Proverb. 8. *Per me Reges regnant, & conditores legum iusta decernunt.*

5. Ratio à priori, quoad utramque partem est quia quicumque legislator humanus, & civilis licet potestatem accipiat à Republica ipsam gubernandi, tamen polita electione Republicæ, immediatè talem potestatem accipit à Deo, juxta loca citata; *Non est potestas nisi à Deo.* Et iterum Sap. 6. *Audite Reges, quoniam data est à Domino potestas vobis;* ergo qui legislator humanus, & ejus mandata continent ipsum Deum, & ejus mandata continent, juxta illud ad Samuelem, 1. Reg. 8. *Non te abiecerunt sed me.* Et Paulum citatum: *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Ergo sicut resistere Dei ordinationi est peccatum, ita etiam & ejus ministris, cum ab ipso habeant potestatem. Confirmatur. Quia præceptum Patrisfamilias in re gravi lux familiæ obligat domesticos ad mortale; ergo etiam præcepta Principum in re gravi.

6. Dices: violas legem humanam ex dictis sequitur quod non peccet, prout violat legem humanam, sed prout agit contra legem divinam includam, ac contentam in ipsa lege humana. Respondetur negando illatum; quia lex divina non obligat, nisi daretur lex humana, ac proinde lex humana determinat legem divinam, ad obligandum in hac, & illa materia; ac proinde peccatum immediatè est contra ipsam legem humanam, licet vim obligandi à lege divina habeat. Adde etiam quod legislator ex ratione, ac jure naturali habet vim, & auctoritatem ad suis legibus obligandum in conscientia; nam ipse ut talis est, habet potestatem ad conservationem Republicæ, ac illius bonum, sed tales leges maximè conducunt ad talem conservationem, & bonos mores, ergo habet facultatem ad obligandum.

7. Argues primò, ex Apostolo 1. Timoth. 1. num. 9. *Iusto non est lex posita, sed iniustus.* Ergo qui fidem Christi acceperunt, lex eis non ponitur obligans in conscientia. Et confirmatur ex ipso Apostolo ad Galatas 5. num. 19. *Galat. Si Spiritu ducemini, non estis sub lege,* ergo lege non coarctantur, ac obligantur, qui spiritu ducuntur.